

## **De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

5 Ad quid teneatur qui vout ingredi Religionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

ligendo est sui iuris : non enim par est ut tantum onus ex alieno arbitrio pendeat. Secundò, Nemo potest compelli ad religionem Christianam amplectendam, quam tamen Deus omnibus praecipit, tamquam necessariam ad salutem : ergo minus ad statum vita religiosa, quem Deus omnibus liberum esse voluit, quicquid ad salutem non est necessarius. vide supra cap.40.dub.8. Tertio, Quia hic status est eius conditionis, vt non possit ei satisfieri nisi quis sponte sua, & ex interno affectu illum colat & seruet : magis enim pertinet ad internam reformationem affectuum, quam ad disciplinam externam. Quartò, Quia eius excellentia & sublimitas postulat ut sponte & ex amore, non compulsione externa, suscipiat. Vnde contra dignitatem eius esset, si quis alius non obligatus coegeretur hunc statum suscipere. Ob eamdem causam Deus noluit aliquem compelli ad religionem Christianam: utilitas enim & excellentia, cum interna vocatione & illuminatione, abunde sufficit ad hominem allicendum. Vnde omnibus dicitur, qui potest capere capit. Denique si hic status iniunctus imponi posset, & obligatio ad illum extorqueri cederet in maximum animarum laqueum; quia vota Religionis non nisi a voluntibus & animo beatè ad illa affectis, seruari possunt.

Hinc Concilium Trid. sess. 25. de Reg. c. 16.17. & 18. vt libertati ingredientium confuleret, & omnino coactionem arceret, statuit sequentia:

39  
Decreta  
Concilij  
Tridentini  
circa pro-  
fessionem,  
& renun-  
tiam, bono-  
rum.

Primo, Cap. 16. *Vt nulla renuntiatio aut obliga-  
tio facta ante professionem, eriam cum iuramento,  
vel in favore cuiusvis pie causa valeat; nisi facta  
sit cum licentia Episcopi, vel eius Vicarii; idque in-  
tra duos menses proximas ante professionem;* & ut  
eriam sic facta non fortiorum effectum sum, nisi se-  
cunda professione. alter facta, eriam cum expressa  
bonius favoris renuntiatio, etiam irata, sit irrita  
& nullius effectus.

Secundo, *Ny ante professionem, excepto viatu &  
vestitu Novitiis vel Novitiae illius temporis, quo in  
probatione est, quocunque pretextu a parentibus  
vel propinquis aut curatoribus eius, Monasterio ali-  
quid ex bonis eiusdem tribuarum, idque precipi-  
tantibus & recipientibus sub pena anathematis.*

Tertio, *Vt ab eis qui ante professionem, omnia,  
qua sua erant, restituantur.*

Puellarum  
ingressus.

Quarto, Statuit c. 17. *Et pueri non suscipiant ha-  
bitum nisi duodecim annis sit maior, nec emitat profes-  
sionem, nisi Episcopus, vel eo absente aut impedito,  
eius Vicarius, aut aliquis eorum sumpitus ab eis de-  
putatus, diligenter explorauerit virginis voluntate,  
an coacta, an seducta sit, an sciat quid agat. Praefecta  
autem tenetur Episcopum de tempore professionis  
unum mensem ante certiorum reddere; si omiserit,  
est suspensa ab officio quādūa Episcopo videbitur.*

Quinto, Cap. 18. *Anathemati subiiciunt omnes qua-  
cumque dignitate fungentes, qui quomodo cumque co-  
egerint aliquam virginem vel viduam, vel aliam mulie-  
rem in iusta (preserquam in casibus in fure expressis)  
ad ingredendum Monasterii, vel ad suscipiendum  
habitum cuiuscumque Religionis: vel ad emittendam  
professionem. Icum qui consilium, auxilium, vel favorem  
dederint. Denique qui consilii, eidem actui prae-  
sentian vel consensum vel auctoritatē interposuerint.*

Sexto, *Anathemati subiiciunt eos, qui sanctam  
virginem, vel aliarum mulierum voluntatem vel i-  
acciendi, vel voti emittendi, quoquo modo sine ius-  
ta causa impediuerint.*

Circa prædicta, maximè circa primum, secun-  
dum, & tertium, Notandum est Primò, Non pro-  
hiberi testamentum: quia non est renuntiatio vel  
obligatio, nec admittit libertatem egrediendi, cùm  
nullam vim habeat ante professionem. Idem di-  
tio condicendum de omni alia dispositione conditionali,  
collata in tempus professionis.

Secundò, Etsi Concilium non loquatur ex-  
pressè nisi de renuntiatione & alienatione Noui-  
tio sa-  
ti; tamen idem intelligendum videtur de ea, qua  
facta est ante nouitiatum, contemplatione Reli-  
gionis ingredienda; nam eadem ratio locum ha-  
ber; hæc enim potest non minus cogere ad Reli-  
gionem, quam ea, quæ facta est in nouitiatu. Vn-  
de etiam consensit facta in fraudem huius Ca-  
nonis.

31  
Societas  
LESV.  
Tertio, Id non habere locum in Societate LESV; nam Concilium expresse excipit Societatem his verbis: *Per hæc tamen sancta Synodus non intendit  
aliquid innudare aut prohibere, quin Religio Cleri-  
corum Societatis IESV iuxta pius corum institu-  
tum à S. Sede Apostolica approbatum, Domino &  
eius Ecclesiæ inservire possint. Itaque ante ingre-  
sum validè potest qui quis disponere in quascumq;  
causas. Ingressus etiam potest disponere, sed iuxta  
formam in constitutionibus præscriptam, & à Se-  
de Apostolica confirmatam, quam Concilium hic  
aperte approbat. Societas tamen nullum ius ad  
bona suorum prætendit.*

42  
Circa Quintum, vbi dicitur, *præterquam in ca-  
sibus in fure expressis. Notandum est, Iure excipi, Pri-  
mò, Eos, qui sponte Religionem voulent: hi enim  
compelli possunt ut votum impleant: sicut  
is, qui sponsalia contraxit, potest compelli ut pro-  
cedat ad matrimonium. Deinde quando coniunctus  
conscius dispositionis Iuris, consensit ut alter pro-  
fiteatur Religionem, vel sacros Ordines suscipiat;  
tunc enim compelli potest ut ingrediatur Mono-  
sterium, eo modo, quo supra dub. 3. n. 27. dictum  
est. Tertio, Qui crimen aliquod commiserunt, ob  
quod iubentur detрудi in Monasterium. hi quo-  
que non tenentur profiteri, sed solum penitentia  
opus impositum peragere, ut ex supradictis colli-  
gitur. Et confirmatur Primo; Quia nemo potest  
in penam cogi ad matrimonium: ergo neque ad  
Religionem. Secundò, Quia status supernaturalis  
non potest habere rationem penæ, cum requirat  
liberam electionem, pena autem sit contra vo-  
luntatem. Itaque solum ibi præcipitur inclusio &  
alia opera penitentia eidem imponenda.*

## D V B I T A T I O V .

*Ad quid teneatur qui voulit ingredi  
Religionem.*

43  
N otandum est, posse votari Religionem vel  
in genere, vel in particulari. In genere dupli-  
citer. Primò, Indeterminatè, vt cum eo animo  
voues, vt si non admittaris in uno Ordine, velis  
ingredi alium. Secundò, Determinatè, vt si dum  
voues, non determines hunc vel illum Ordinem;  
sed tamen non intendas ingredi nisi unum, quem  
habita matura deliberatione feliges.

In particulari verò, cum certus aliquis Ordo ab  
initio deligitur.

Qui primo modo voulit, hic si non admittitur si voulit in  
in uno Ordine, debet tentare alium; idque ad tres, genero pri-  
mo modo.

vel quatuor, prout expressè vel tacitè intendit. ita Silvester Religio 2. qu. 16. Sotus lib. 7. de Iustitia q. 2 ar. 1. ad 3. & alij. Dico, *tacite*; quia spectanda hic est etiam habitualis affectio, in qua erat dum voveret, & quidnam rogatus fuisset reponsurus. Si in Ordinibus Iuxta Provincias non admittitur, non tenetur querere extra Provinciam, nisi forte id intenderit. In dubio non presumunt intendisse; quia est in solitum ut quis ita le Religioni ingrediendae velit obstringere, ut non admittatur in Ordinibus sua Provincia, teneri se velit ad foris extra patriam sollicitandum. Si talis in probatione deprehendit se ad hunc ineptum, ideoq; egressus fuerit, tenetur probare alium, si verisimile est illum fore accommodatiorem; secus si bona fide non speratur melior successus.

*Si secundo modo.*

Qui secundo modo voulit, non tenetur ingredi nisi illum, quem potest delegit; non enim mens eius fuit ad amplius se obligare. Vnde si in probatione deprehendit se ineptum, non tenetur alium tentare; sed manet liber a voto. Si uno loco illius Ordinis receptus non fuit, tenetur tentare duo vel tria alia loca eiusdem Ordinis; si tamen spes est admissionis. Secus si nihil vel parum spei; quia non tenetur tentare, nisi cum spe probabili; nec ad amplius censetur se voluisse astingere. Itaque cessat obligatio voti, cum ex parte sua fecerit totum illud, ad quod tali voto se intendit obligare. Nec refert quod non sit ingressus; quia non voulit ingressum absolute, sed sub hac tacita conditione, *Si admittatur*, quæ conditio non est in ipsis potestate, nisi quatenus pender ab ipsis sollicitatione, vnde si per hanc posita non fuerit, censetur impossibilis.

Qui tertio modo voulit, nempe determinando à principio particularem locum, si ibi non recipiatur, non tenetur alia tentare, sed absoluè cessat votum, quia conditio sub qua voulit ingredi, non extat, nec est in ipsis potestate ut extat.

*Si tertio modo voulit.*

Hic tamen quatuor notanda. Primo, Si impeditum aliquo temporali tenebatur, ob quod repulsus est, obligatur eo cessante se rursum offerre: quia solum videtur dilatus ad tempus. Secundus si absoluto repulsus est, tali impedimento non extante: quo casu non tenetur, etiamsi postea illum reuocent, quia non videtur ipsis intentio fuisse se veterius obligare, si absolute repellere: alioquin semper deberet manere incertus & suspensus.

*Si ipse est causa impedimenti.*

Secundò, Si culpâ sua impeditum obicit ne recuperetur, tenetur illud quantum potest tollere, & serio ad laborare ut recipiatur, quia qui voulit ingredi, tacite etiam voulit opportuna media ad hoc adhibere, & impedimenta quantum in se est amouere: alioquin non serio, sed delusoriè videtur Deo promissae.

*Non teneatur in saeculo servare ea que sunt Religionis.*

Tertiò, Qui repulsam tulit, non tenetur in saeculo servare ea que sunt Religionis, paupertatem, castitatem, obedientiam, &c. quia haec non voulit, sed solum voulit se hac votum si admisus fuerit. Vnde nec admisus ad haec tenetur, sed solum ad votum horum peracta probatione facendum: quo factò, tenebitur. Sic qui voulit suscipere Ordinem sacram, non tenetur ad horas, nec ad castitatem, priusquam Ordinem illum suscepit. Ethnici quoque etiā teneantur ad religionem Christianam, non tamen ad Sacraenta Eucharistie vel Poenitentiae, antequam religionem illam cum Baptismo suscepint. Hinc fit, ut si quis post

votum Religionis duxerit vxorem, & consummaverit matrimonium, non peccet petendo debitum; quia nondum tenetur vinculo seruanda castitatis. ita Caicetus q. 88. art. 3. Nauar. cap. 12. num. 47. Sotus supra, & alij, mortua tamen vxore tenetur Religionem ingredi. nisi forte per etatem vel *An mor-tua uxore* corporis dispositionem factus sit ineptus, aut non possit nisi difficultate duriorem illam vita ratio-*teneatur intrare Religionem.*

Idem dicitur docuisse Franciscus Victoria, & ratio est, quia non videtur rebus ita notabiliter mutatis, se voluisse ad hoc obligare. ad cau-

telam tamen expedit petere dispensationem; quia

nemo securus iudex in sua causa.

Quarto, Qui voulit ingressum certi Monasterij, vbi essentialia non seruantur, non tenetur in-*Si essentia-ria* gredi, si non sit spes brevi futura reformationis: *lia non ser-veniuntur.* quia est ei periculum perversionis. Nec refert etiam si habeat propositum omnia integrè seruandi, quia etius communis confitendum faciliè abripit mentem. Excipe tamen, nisi sentiret se adeò firmum, ut prudenter putet sibi non esse probabile periculum; quin potius speret se alios conuersum, vide Nauarum cap. 12. num. 46. & Maio-

rem in 4. d. 38. qu. 2.

Petes Primò, Quid si non admittatur, nisi ad *45* statum laicorum?

Respondeo, Spectandam esse tacitam vel ex-*Si non ad-pressam* mentem ipsius: si enim solum cogitauit *mittitur nisi ut laic-e.* de statu sacerdotum cum voveret, vel ita erat affec-*tu.* tus, ut si rogatus fuisset, noluisset nisi ad illum statum in Religione suscipiendum se obligare; no-*1. Senten-tia, non* tenebitur ex voto ad statum laicorum. Si dubium sit, spectanda est conditio & cursus vita, & qualita-*differre.* tes personæ, & ex his coniectura facienda: nobiles enim mediocriter litterati, & studiosi adoles-*centes, præsumunt intendisse statum sacerdoti-um; milites & mechanici statum laicorum.*

Petes Secundò, Quid si non solum voulit intra-*re, sed etiam profiteri & perseverare?*

Sunt duæ sententiae. Prima est, Hunc non obli-*Si voulit* gari ad amplius quam eum, qui solum voulit in-*perseruare-* gredi: hoc est, ad bona fide probandum an ea vita re. *norma ipsi sit conveniens;* & si deprehendat eam *cau-sam, non teneri.* Ita Sotus l. 7. q. 2. art. 1. ad 3. & Ioannes Peña apud Lopeium c. 45. & aliqui re-

centiores. Probarat Primò, Qui voulit ingredi Religionem, etiam tacite voulit perseverantiam; nam ingredi Religionem est fieri Religiousum: hoc au-

tem perseverantiam includit: ergo est eadem ratio vtriusque voti. Secundò, Votum ingrediendæ Religionis ex dispositione Iuris includit hæc tacitam conditionem, *Si bona fide deprehendero in probatio-ne eam mihi conuenire;* id est enim constitutus est annus probationis: atqui eamdem includit votum profitendi; quia voulens non intendit hoc votum exequi nisi secundum Iuris dispositionem,

rendo priuilegio anni probationis: alioquin frustrâ esset probatio. Tertiò, Concilium Tridentinum less. 25. cap. 15. de Regul. irritam decernit professionem ante annum probationis impletum; ne videlicet adimitatur. Nouitio potestas retrode-*Reli-* dendi, si intra annum deprehenderit formam il-*lam viuendi sibi non congruere.* Idem confirmatur ex cap. 16. vbi omnes renuntiationes suspendit in tempus professionis. Ex quibus videtur colligi, mentem Concilii esse, ut nemo possit se absolutè

Religionis obstringere ante professionem; sed omnem talis voti promissionem intelligendam conditionaliter, nimirum, Si bona fide deprehendero illum Ordinem mihi conuenire.

46 Hæc sententia est probabilis, & iuxta illam qui voulit perseverantiam, potest egredi, si bona fide in probatione puter sibi eam non esse accommodam.

*Contra-*  
*rium pro-*  
*babilitus.*

Contraria tamen est probabilior, quam expressè tenet D. Thomas 2. 2. quæst. vlt. art. 4. in corp. Caiet. ibid. Nauar. cap. 12. num. 47. & alij.

Probatur Primò, Qui dicit, Voueo ingredi Religionem, & in ea profiteri vel perseverare, amplius intendit promittere Deo, & se magis obligare quām qui more consuetu voulit solum ingredi. cur enim hoc addat, nisi vt præscindat sibi libertatem egrediendi?

Secundo, Si quis impetraret dispensationem in voto Religionis, & non exprimeret se voulisse non solum Religionis ingressum, sed etiam perseverantiam, subreptitia censeretur dispensatio, vt docet Nauarrus suprà: ergo est amplius.

Tertiò, Etsi nō possit quis ante exactum annum probationis obligari professione ad perseverandum in ea Religione, potest tamen se obligare voti simplici; nūquam enim tale votum redditur irritum, nec restringitur vt vim non habeat in euentu, si aliquid in Religione displicerit.

*Vouens in-*  
*gredi Reli-*  
*gionem.*

Quartò, Qui voulit se ingressum Religionem, solum duo censerunt promittere; nempe bona fide probare, & si in probatione deprehenderit eam sibi conuenire, profiteri. vnde si bona fide iudicet eam sibi minus conuenientem, ob illius asperitatem, vel ingenium suum præfractus, vel quia metuit inconstantiam, non tenetur, vt docent Caietanus & Nauarr. suprà. Imò non tenetur, si modus ille viuendi displiceat, vt Nauarrus ait: vel si ob aliquam causam non sit gratus, vt vult Caietanus. Quod tamen intelligendum est, si displicantia illa sit ex causa iusta, vel non possit facile superari. Item nisi amplius voulendo intendisset: tacita enim intentio potissimum in huiusmodi expendenda. In dubio tamen non videtur amplius intendisse, quām quod dictum est. Qui verò etiam perseverantiam voulit, videtur se ita voluisse obstringere, vt non possit egredi vlo modo, si iudicaretur idoneus, & ratio voudi esset tolerabilis; nam tantum se obligat quantum potest: ergo nisi tanta sit difficultas vt censeatur intolerabilis, & votum per se cesset ratione impossibilitatis, vel ineptitudinis, obligabitur. poterit tamen in hoc voto dispensare Episcopus, vt docet Sancius lib. 8. de matrim. disp. 9. num. 18. quia hoc non est dispensare in voto Religionis, sed in modo exequendi.

Ad primam rationem alterius sententia: Qui voulit solum ingressum Religionem, non censerunt se obstringere ad perseverantiam, nisi sub hac conditione, Si deprehendero Religionem illum mihi conuenire. Itaque si ob aliquam causam minus conueniat, non tenetur. alter verò obligat se absolutè, modò sit idoneus: quamuis enim ob aliquam causam minus conueniat, paratus est id incommodo di tolerare.

Ad secundam: Qui voulit profiteri, videtur renuntiare priuilegio probationis, quantum est ex parte sua, non tamen frustra ei conceditur probatio, tum quia debet innoscere Religioni, vt sciant

vtrum ipsi conueniat, tum quia debet experiri an possit formam illam viuendi perferrere.

Ad tertiam: Concilium non admittit potestatem se obligandi voto simplici ad perseverandum, sed solum voto solemnī.

Quæ diximus, pertinent in genere ad quoquis 47 qui Religionis votum habent. Sed peculiaris diffi- *si coniunx*  
*vorum Re-*  
*ligionis ha-*  
*beat.*

cultas est de coniugibus voto Religionis obstri-  
ctis, quid possint, quid non possint, & ad quid  
teneantur.

Dico Primo, Qui ante consummatum matri- *Si voulit*  
*monium voulit ingressum Religionis, non potest*  
*illud consummare siue petendo, siue reddendo.*  
*Ratio est, quia consummatio redderet se impos-*  
*tentem implendi voti: semel tamen matrimonio*  
*consummato, potest liberè reddere, & etiam petere:*  
*quia id non est contra eius votum; nec voti*  
*executioni impedimentum obiecit, cum hæc ei facta*  
*sit impossibilis. Similatque tamen ei liberum erit*  
*exequi, tenebitur, vt si coniunx simul velit conuertere, si contingat coniugem committere adulterium, si ob suum adulterium repudietur à cōiuge,*  
*& licentia ingrediendi tacitè vel expressè detur; si*  
*contingat coniugem damnari hereticos, vel mori-*

Dico Secundo, Si consummato matrimonio *Si venie-*  
*coniunx, v. g. maritus, voulit Religionem; vel id*  
*fecit abf que consensu vxoris, vel cum consensu. Si*  
*abf que consensu voulit, vel intendit statim imple-*  
*re, & sic votum est irritum; quia de re illicita: vel*  
*non restrinxit suum votum ad certum tempus, &*  
*ta præsumendum est illud referri ad tempus, quo*  
*libera erit ei executio. Non enim præsumendum*  
*peruersæ factum, quod rectè fieri potuit. Si cum*  
*consensu eius voulit, valet votum: nō tamen inducit*  
*obligationem exequendi absolute, sed sub condi-*  
*tione, si nimirus vxor prestare voluerit quæ Ius*  
*requirit; id est, ingredi Religionem, si est iuuenis,*  
*vel talis vt in eam cadere possit suspicio inconti-*  
*nentia; aut voulere castitatem in sacerulo, si est vetera-*  
*la, & expers periculi. itaque hoc votum habet tacita*  
*conditionem à Iure, Ius enim non aliter per-*  
*mittit huius voti executionem. Vnde si vxor pofta*  
*nolit ea præstare quæ Ius requirit, maritus non*  
*obligabitur; quia deest conditio Iure requisita.*  
*Secus est in professione, hæc enim semper fit ab-*  
*solute, vnde statim valet, vel est irrita, vt patet ex*  
*dictis dubit. 3. Quod si maritus eo casu ingressus*  
*fuerit, & professionem fecerit, valebit professio, fuerit.*  
*etsi contra Ius facta sit, multa enim nō rectè sunt,*  
*quæ facta tenent, vt patet c. Ad Apostolicam. 16.*  
*de Regular. & trans. Ita docet Glossa in cap. Ex-*  
*parte 9. de conuers. coniugat. Vtrum verò eo casu*  
*fit restituendum vxori, dubium est.*

Videatur non restituendum, sed ipsa potius com- *An vir sit*  
*pellenda ad Religionem: nam consentiendo in ip-*  
*sius ingressum, videtur tacitè voulisse Religionem,*  
*& ita tentiunt multi DD. de ea quæ Iuris ignara*  
*non fuit, vt suprà dubit. 3. dictum est. Valde ta-*  
*men probable est, quando vxor quæ consensit,*  
*non potest induci ad voulendam continentiam, vel*  
*Religionem ingrediendam, virum etiam profes-*  
*sionem ipsi est restituendum. ita habetur expressè*  
*cap. 1. de cōuers. coniugat. Dicimus quid nō vxor*  
*ad Religionem transferit, aut perpetuam castitatem*  
*seruare promiserit, vir potest & debet de Monasterio*  
*reuocari. Nec distinguit, sicut nec alij Canones vñ-*  
*quam distinguunt, inter eam quæ sciuit Ius, & quæ*  
*ignorauit. Vnde sequitur, etiam si ipsa illum non*  
*repetat,*

repetat, tamen esse restituendum. Si tamen ipsa voulit castitatem, non debet ei restituui. vt ex d.c. i. aperte colligitur. sed ipsa, si iuuenis sit, concludenda est in monasterio ad custodiam. si autem voulit ingressum Religionis, compellenda est ut exequatur.

<sup>48</sup> Dico Tertiò, Si consummato matrimonio pari consensu & ex pacto voverunt ingressum Religionis, valet vatum. si tamen alter resiliat, alter non tenetur exequi: tum quia Iure non potest alter abesse altero statum mutare, vt patet ex dictis: tum quia tale vatum habet tacitam conditionem, Si coniunx perseverauerit in propôsito. Itaque etiam si contingere alterum qui resiliat mœchari, alter tamen non obligaretur: quia conditio sub qua vatum obligabat, non extat. Cum enim sic ex pacto voverent, mens illorum non est se obstringere seorsim & independenter ab altero, sed vtroque statum mutante, sicut Ius praescribit; neque præluminunt aliud intendisse nisi de ea intentione constet. Hoc tamen quod de mutatione status dicunt, intellige, quando terque Religionem voulit. Si enim ex mutuo consensu vxor voverat continentiam tantum, & maritus Religionem vel Ordinem sacrum, adhibenda est distinctio. Si enim vxor sit veta; id est, sexagenaria, & expers periculi, vtriusque vatum erit validum, & vir poterit vatum suum exequi, etiam si vxor suum seruare nolit. Ratio est, quia quando est veta, Iure non requiritur aliud ab vxore, quam ut continentiam voverat. hoc enim sufficit, vt virum a suo iugo absoluat, & sui iuris efficiat. Si autem erat iuuenis, neutrius vatum obligabit: non viri, quia Iure non potest ordinari secundum viorem sententiam, nisi vxore vovente ingressum Religionis. quauis enim id Iure non fit expressum, nisi de vxore eius qui promouendus ad Episcopatum, de qua id dicitur cap. Sanè, de conuers. conjugat, tamen de vxoribus omnibus qui Sacris initandi, colligunt id DD. ex eo quod non minor sed maior sit ratio, cum vir promouetur ad Ordinem sacram in sæculo, quam cum ipse ingreditur Religionem: ob maius periculum incontinentiae ex libera conuersatione cum vxore manente in sæculo. Itaque si vxor debet ingredi Religionem, vt vir posset ingredi; potiori ratione debet ingredi, vt vir posset ordinari. Non etiam obligat vatum vxoris; quia pendet ad obligatione viri, cum sit respectuum: haber enim se per modum contrarium. Facio ut facias. Vnde si viri vatum non obligat, nec vxoris.

Aduerte tamen, non esse improbatum, vtriusque vatum valere: quia probabile est, cum agitur de ordinatione viri, sufficere vatum continentias vxoris in sæculo; ut colligitur cap. Coniugatus, iuncta Glossa in fine. Secus cum agitur de ingressu viri in Religionem, propter expressos textus in contrarium.

<sup>An possint</sup> Petes, Vtrum in prædictis eventis possint coningere petere & reddere debitum. Respondeo, non esse dubium quin possint, quando communi consensi voverunt ingressum Religionis. tunc enim usus coniugij nullo modo repugnat voto, nec impedit eius executionem. Nec refert, etiam si matrimonium nondum erat consummatum: quia etiam eo consummato possunt ingredi. quod si vxor tunc nolit, peccat mortiferè, sed maritus excusat, quia per ipsum non stat, quod minus fiat ex-

cutio. Similiter possunt, quando vxor vetula voulit continentiam, & maritus susceptionem Ordinis facit, quia eum vorum vxoris sit respectuum, referenda est eius executio ad tempus quo maritus ordinabitur. ita Sancius lib. 9. de matrimon. disput. 37. num. 7. præsumitur enim, eti si nunc vatum faciat, vovere solum seruare castitatem in futurum, si vir ordinatus fuerit. unde est pendens à conditione futuri; quæ si non existerit, euaneat vatum. itaque ante impletam conditionem non obligatur. hoc intelligo, nisi ipsa expresse aliud intenderit. In prædictis tamen casibus non tenentur reddere debitum; quia videntur renuntiarse iuri exigendi & cogendi, hoc ipso quo dederunt sibi mutuo potestatem mutandi statum ad perpetuam continentiam: imo plerumque etiam expressè hæc renuntiatio fieri solet. vide cap. Du-  
dum 20. de conuers. coningat.

Dico Quartò, Quando ante consummatum <sup>49</sup> matrimonium communi consensi voverunt, vxor <sup>Si uxor</sup> continentiam, maritus ingressum Religionis; si <sup>continen-</sup> <sup>tiam, ma-</sup> vxor erat veta, non impediuntur petere & red-<sup>ritus Re-</sup> ddere debitum: si autem sit iuuenis, vir nec potest lig. vo-<sup>neat.</sup>

Prior pars patet: Quia vir nondum tenetur voto castitatis, nec aetate coniugali redditur impos voto: vatum enim continentia vxoris cum renuntiacione expressa vel tacita iuris coniugalis sufficit, vt possit ingredi Religionem, etiam consummato matrimonio. Similiter vxor non tenetur seruare castitatem ante mariti ordinationem vel professio-  
nem, vt ostensum est.

Altera pars probatur: Quia maritus consummando matrimonium reddit se inhabilem ad vatum suum præstandum, nam vatum continentia vxoris iuuenis non sufficit ut consummato matrimonio possit maritus Religionem capessere. Imo non potest vxor eo casu debitum reddere marito petente, si nondum expletum est tempus constitutum exequendo voto, quia efficaciter illum inhabilem executioni voti, & alias nullum ius habet ad illum actum, quandiu maritus non est in mora præstandi sui voti, quod si tempus arbitrio prudenter effluxerit, ita ut maritus incipiat esse in mora, & monitus nolit ingredi, poterit vxor reddere debitum petenti, & etia petere: quia marito nolente ingredi iuxta conuentu, soluitur ipsa voto, nec tenetur diutius expectare, sed potest vti iure suo. Ita Sancius supra n. 8. Mora enim mariti ita illam eximit voto, ut amplius non obligetur. alioqui possit illam maritus semper suspensam tenere, & cogere sine fine expectare. Si tamen velit, potest ei negare debitum, quia potest velle ut stetur contractu, quo maritus iuri suo renuntiavit.

Porro consummato semel matrimonio, vir non potest ingredi vxore iuueni inuita; quia & ipsa simul ingredi debet, ad quod cogi non potest, cum non promiserit. Similatque tamen licet poterit, tenebitur; vt si contingat illam adulterium committere. Itaque viri vatum Religionis ingredienda non extinguitur, sed solum consolitur & suspen-  
ditur per matrimonij consummationem. quia pos-  
sito voto continentia vxoris in prædicto casu, sit  
absolutum, nec amplius pendat ab illa conditio-  
ne: sicut in contractibus alter tenetur absolue, cum alter suum munus præstet. Votum autem  
castitatis vxoris extinguitur absolute per moram  
viri; quia pendet à conditione futuri, nempe si vir  
con-

constituto tempore Religionem ingressus fuerit. Quod si vir non fuerit in mora, non extinguitur. unde et si tunc consummet ipsa matrimonium sive petendo, sive reddendo, nihilominus manet obligata voto ad seruandam castitatem, cum ille Religionem debito modo ingressus fuerit. ut si facto diuortio ob adulterium vxoris, maritus votum suum implat. quo etiam casu non poterit ipsa etiam petenti debitum reddere, ne rursus in eamdem inhabilitatem implendi voti illum coniiciat, vt notauit Sancius supra.

## DUBITATIO VI.

*Ad quid teneatur qui obstrinxit se  
voto castitatis perpetuae.*

**N**otandum est, hoc votum factum esse vel ante initum matrimonium; vel post initum quidem, sed nondum consummatum; vel matrimonio iam consummato; idque vel feosum, vel ex mutuo consensu.

Dico Primo, Qui obstrinxit se voto castitatis ante matrimonium, tenetur ad multa.

50  
1. Teneris  
abstinere à  
matrimo-  
nio.

Primo, Teneris abstinere à matrimonio: si enim contrahit, vel id facit animo consummandi, & sic peccat contra votum; vel animo ingrediendi Religionem ante consummationem; & sic facit iniuriam, decipiendo coniugem; que si id sciueret, noluisset contrahere: & forte dannum incurrit, quia fortasse putabitur deflorata, nec tam commodis poterit nuptiis. et si enim coniunx possit intrare Religionem ante matrimonium consummatum, si Deus illi interea hanc voluntatem inspirerit: tamen quando contrahit, non potest animum absoluere ingrediendi habere; neque Ius id ei concedit: solum tribuit ius ingrediendi, supponens contra factum bona fide esse initum. Accedit quod contrahens matrimonium ordinari se exponat periculo consummandi, cui is, qui voto tenetur, se obiiciere non potest.

An possit  
contrahere  
animō in-  
grediendi.

Dices, Cap. Ex publico 7. de conuersi. coniugat. conceduntur nouis coniugibus duo menses, vt possint ingredi Religionem: ergo qui tali mente contrahit, vtitur iure suo; & cap. Commissum 16. de sponsalibus, dicitur, cum, qui iurauerat pueræ sponsalia, & postea volebat ingredi Religionem, tuius factum si ante contraheret, & post ingredieretur Religionem: ergo nulla fit iniuria per talum contractum. Confirmatur, quia alias qui tali animo contraxisset matrimonium, non posset postea Religionem intrare.

Sententia

quorundam. Ob has rationes quidam Doctores putant non esse peccatum, post votum castitatis contrahere matrimonium animo firmo ingrediendi Religionem. Ita Gulielmus Altisiod. 1. Summa tract. 2. qu. 3. Scotus in 4. d. 38. versus finem, Angelus Matrimonium 3. Impedimento 5. n. 1. Caietanus 5. Matrimonium, c. 1. Iosephus Angles 2. p. q. 11. de impedim. matrimonij: quæ sententia est satis probabilis.

Sed quod diximus est verius.

Responde-  
tur ad ra-  
tiones.

Nec obstant rationes allatae: nam cap. Ex publico, concedit quidem duos menses; (quia heri potest vt Deus interea alteri eorum insipiat propositum Religionis) non tamen concedit vt animo determinato intrandi contrahas. Cap. Com-

missum, loquitur de eo, qui non statuerat quidquam de ingredienda Religione, sed dubitabat; & tamen iurauerat se contractum matrimonium cum quadam ad certum diem: hic enim urgente iuramento tenebatur contrahere; quia non habebat determinatum propositum Religionis, quo excludatur.

Ad Confirmationem: Quidam putant talem non posse Religionem ingredi, propter illa fraudem in contractu admisssam. Sed verius est posse: quia non fecit iniuriam nisi in contrahendo: imo <sup>Potes in</sup> propriè non fecit iniuriam eo animo contrahendo, sed solum contra charitatem peccauit: animus enim interior non facit actum externum iniustum, qui alioquin per se iustus erat: at ille contractus exterior per se erat iustus: ingrediendo quoque iniuriam non facit; quia Ius id absolute concedit, sed neque in eo contra charitatem peccat; quia non teneris se tanto bono priuare ob aliquod incommode, quod forre alteri obuenier, cum suo iure vratur. quare si votum Religionis habebat, non solum poterit, sed etiam tenebitur intrare, non obstante tali contractu. In ipso tamen contractu, contra charitatem, si causa iusta non superpeccat, peccauit, vt dictum est.

Adverte tamen, licitum esse eo animo contrahere, si iusta causa subsit; vt si metu compellaris, <sup>Quodoli-</sup> qui tamen non cadit in virum constantem; si id <sup>cum con-</sup> facias vt proles ante suscepit legitimetur, si non <sup>trahere</sup> possis aliter parentum custodiā euadere, qui te <sup>post votum</sup> continent ne Religionem ingrediari, &c. si alias <sup>causitatem</sup> graue scandalum timeretur, de quo vide Sancium lib. 1. de matrimonio, disp. 43. nu. 8. & Henriquez lib. 2. de matrimonio, cap. 2.

Secundo, Si voto castitatis obstrictus matrimonio contraxerit, tenetur abstinere illius vsu; ita <sup>52</sup> 2. Teneris  
abstinere  
vso matri-  
monij. vt non possit petere ymq; debitum; quamvis consummato matrimonio teneatur tacite vel ex- presse potenti reddere. Est communis DD. vide Nuar. cap. 16. num. 30.

Solum dubium est, An possit consummare ma- <sup>An possit</sup> trimonium, reddendo? Plerique DD. docent non <sup>consummare</sup> reddendo: sed teneri ante consummationem ingredi Religionem, vt possit voto suo satisfacere; hanc enim solum rationem illius seruandi superesse. Nuar. cap. 12. n. 80. Silu. Matrimonium 7. q. 5. & ferè ceteri Summiſtæ. insinuat D. Thomas 2. 2. q. vlt. a. 8. in 3. argumento.

Sed contrarium non minus est probabile, & <sup>2. Teneris  
abstinere  
vso matri-  
monij.</sup> possit contrahere, scilicet non teneri intrare Religionem vt votum castitatis seruet; & si coniugi castitatem persuadere nequit, possit reddendo consummare. Ita Sotus in 4. distinc. 3. 8. q. 2. art. 1. Corduba in Summa qu. 1. 6. Angelus Matrimon. 3. Imped. 5. num. 2. & quidam alij recentiores. Probatur, Quia eo casu perfecta voti obseruatio censetur ei facta impossibilis; unde non tenetur, nisi quatenus potest pro eo statu rerum, videlicet non perendo debitum. Antecedens probatur; quia illud censetur alii iure impossibile, quod facere non potest per media ordinaria seu ad id ordinata: atqui iste est in eo statu, vt per media ordinaria non possit absoluere continentia seruare: ergo, &c. Nec obstat quod possit illam seruare capiendo statum Religionis: quia hic status non est medium ordinarium eò pertinens. Secundo, Quia iste nec expresse Religionem nouit, vt suppono, nec etiam implicitè; non enim censetur ei fuisse animus co- <sup>summare</sup> euentu